

rabit, itinerum labores, atque dispendia centuplum fore compensanda. Datis Mexici die 10 Januarii anno Domini 1770.

*Convocatoria dirigida á los muy ilustres y venerables Cabildos de las iglesias catedrales de los obispados sufragáneos del arzobispado y provincia de México.*

Franciscus Antonius Lorenzana, Dei, et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Mexicanus Regiae Majestatis á Conciliis, &c. Reverendis Dominis Decano, et Capitulo Sanctae Cathedralis Ecclesiae N. Dioceseos, salutem in Domino.

Cum multis ab hinc retro annis, non sine vehementi Praedecessorum nostrorum animi dolore, legitima, et urgentes causae Concilii Provincialis congregationem differre compulerint, et nunc Dei Benignitate, et Providentia, repagulis sublatis, occasio aptissima nobis á nostro Piissimo, Potentissimo, et Catholico Rege ad id oblata, et commendata sit, sub obedientia Beatissimi Domini nostri Papae in observationem eorum, quae antiquis praecepta Decretis, et Sacro Tridentino Concilio Ses. 24 sunt renovata, praedictum Concilium die decima tertia mensis Januarii, qua celebrabitur octava Epiphaniae Domini, anni proximi venturi millesimi septingentesimi septuagesimi primi, aperiendum, inchoandum, et cum Reverendissimis Coepiscopis nostris, aliisque Personis, quae de jure interesse, aut debent, aut possunt, in hac Civitate Mexicana rite celebrandum indiximus; vobisque convocationem, et indictionem ejus praesentibus intimandam duximus, et intimamus; momentes, et exhortantes, ut juxta Ecclesiasticam consuetudinem, unum, vel duos ex vobis cum sufficiente mandato, et instructione, qui Synodi celebrationi vestro nomine assistant, ad praefatam diem huc destinatis; atque mittatis, ut circa morum reformationem, excessuum correctionem, controversiarum compositionem, determinationemque eorum, quae ad Dei gloriam, et cultum in hac Provincia necessaria, aut opportuna visa fuerint, vestrum salubre concilium, ut jure conceditur, ad magnam, ut speramus, Ecclesiae utilitatem conferatis. Datis Mexici die 10 mensis Januarii anno Domini 1770.

#### TOROS.

*BULAS. 1<sup>a</sup> Pius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

De salutis gregis Dominici nostrae cure divina dispensatione crediti, prout ex debito pastoralis officii astringimur, sollicite cogitantes fideles cunctos gregis ejusdem ab imminenti corporum periculis etiam animarum perniciæ perpetuo arcere studemus. Sane licet detestabilis Duellorum usus a diabolo

introducitur ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc impletisque civitatibus et aliis locis quamplurimi ad ostentationem virium suarum et audaciae in publicis privatisque spectaculis cum Tauris et aliis fetis bestiis con gredi non cessant unde etiam hominum mortes membrorum mutilationes animarumque pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes haec spectacula ubi Tauri, et ferae in circo vel foro agitantur á pietate et charitate christiana aliena esse ac volentes haec cruentatur pia que demonum et non hominum spectacula aboleri, et animarum saluti quantum cum Deo possumus providere omnibus et singulis principibus, christianis quacumque tam ecclesiastica, mundana etiam. Imperiali Regia vel quavis alia dignitate fulgentibus, quovis nomine nuncupentur vel quibusvis communitatibus et Rebus publicis hac perpetuo nostra constitutione valitura sub excommunicationis et anathematis, penis ipso facto incurrendis prohibemus et interdiciamus; ne in suis provinciis civitatibus, terris, Oppidis et locis hujusmodi spectacula, ubi Taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur fieri permittant, Militibus quocumque ceterisque aliis personis ne cum Tauris, et aliis bestiis in praefatis spectaculis ipsi tam pedestres quam equestres congredi audeant, inter dicimus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura clerici quoque tam regularibus, quam secularibus beneficia ecclesiastica continentibus vel in sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis pena ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnes que obligationes juramenta et vota quibusvis personis universitate vel collegio de hujusmodi. Taurorum agitatione etiam ut ipsi falso arbitrantur in honorem Sanctorum seu quarumvis ecclesiasticarum solemnitatum et festivitatum quae divinis laudibus spiritualibus gaudiis, piisque operibus non hujusmodi ludis celebrari, et honorari debent hactenus factas et factas seu in futurum fienda, quae, et quas omnino prohibemus cassamus et annullamus ac pro cassis nullis et irritis haberi perpetuo decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus principibus comitibus et varonibus sanctae Romanae Ecclesiae seu datariis sub pena privationis seu dorum quae ab ipsa ecclesia Romana abinent Reliquos vero principes christianos et Tetratum dominos praedictos hortamur in Domino et in virtute sanctae obedientiae mandamus ut pro divini nominis reverentia et honore praemissa omnia insuis dominiis ac terris hujusmodi exactissime servari faciant uberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Anc universis venerabilibus fratribus patriarchis primatibus Archiepiscopis

non fiant, sustulimus et amovemus, cum omnibus in eis contentis clausulis ad Portugaliae et Algarbiorum Regna hujusmodi auctoritate Apostolica, tenore praesentium, extendimus et ampliamus.

Non obstant. omnibus, quae in dictis Litteris volumus non obstare, caeterisque quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis contrariis quibuscumque. Proviso tamen per eos, ad quos spectabit, quod exinde alicujus mors, quoad fieri potest, sequi non possit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesimo tertio Decembris millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Pontificatus nostri anno decimo.

(Bular. Rom. de Cocquelines, tom. 9, pag. 8.) Hernaez.

4<sup>o</sup> Sixtus Papa Quintus. Venerabilis frater salutem et Apostolicam benedictionem. Nuper siquidem ꝑ ad nostram notitiam pervenit, quod alias postquam felicis recordat. Pius Papa Quintus praedecessor noster, sua perpetua valitura constitutione spectacula et ludos taurorum prohibuerit, ac tam laicis, quam clericis secularibus, et quorumvis ordinum regularibus, ne eisdem spectaculis et ludis interessent, sub certis inibi contentis poenis interdixerat; et deinde pie memoriae Gregorius P. Papa XIII. praedecessor noster, per quasdam suas desuper confectas literas praedictam constitutionem et poenas in ea contentas, clericos tam seculares quam regulares, non tamen laicos et milites quarumque; militiarum sacris ordinibus non initiatos comprehendere declaraverat, prout in constitutione aliteris praedictis plenius continetur: Nonnulli universitatis studii generalis Salman. praecceptores, tum sacrae Theologiae, tum juris civilis professores, non solum agitationibus taurorum et spectaculis praedictis se ostentare non verentur, sed et clericos in sacris ordinibus constitutos, dum agitationibus et spectaculis praed. contra praed. constitutionem intersunt, nullum reatum committere, sed licete illis adesse posse asserunt atque; publice in suis lectionibus docent: unde multi tuae dioecesis clerici contra constitutionem et literas praed. licet a te super illarum observatione, et ppositis edictis requisiti atque coacti fuerint, eisdem ludis interesse non desistunt. Nos ut Romanorum Pontificum praeccepta, prout decet, inviolabiliter observentur, providere volentes, fraternitati tuae, et tanquam nostro et sedis Apostolicae delegato liberam facultatem atque; auctoritatem tribuimus, ut tam praed. praecceptores, ne aliquid contra constitutionem, et literas praedictas docere seu asserere, quam quoscumque clericos in ejusdem Greg. praedecessoris literis comprehensos, ludis, seu agitationibus ac spectaculis praed. aliquo modo interesse audeant, seu praesumant, Apostolica auc-

thoritate monendi, ac illis praecipiendi atque mandandi, nec non contra inobedientes, cujuscumque; qualitatis fuerint, ipsis prius et per edictum publicum, constituto summarie et extra-judicialiter de non tuto accessu, citatis, ac ut pareant, sub sententis et censuris Ecclesiasticis, et pecuniariis poenis molestandis et applicandis, requisitis; ad incursum censurarum et poenarum hujusmodi declarationem et executionem, omnibus et quibuscumque necessariis et opportunis tibi visis remediis procedendi et quicquid decreveris et mandaveris exequendi, ac totali executioni usque ad omnimodam partitionem demandandi, omni et quacumque appellatione ac recursa et reclamatione postpositis: invocato et ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac dictae universitatis statis consuetudinibus et ab immemorabili tempore pacifice observatis, ac juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis et literis Apostolicis contra praemissa concessis, aprobatis et innovatis, &c. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 14, April. 1586. Pontificatus nostri anno primo.

5<sup>o</sup> Clemens Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Suscepti muneris ratio postulat, ut quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris ad animarum salutem pie et prudenter statuta fuerant, cum ad illarum perniciem aliquo pacto redundasse constiterit, de his, pro locorum ac temporum conditione, ut decet immutandis, matura consultatione adhibita, cogitemus. Prisca siquidem illa consuetudo, qua varia ludorum genera statis anni temporibus ad publicam laetitiam populo spectanda proponebantur, in diversis quoque Christiani nominis provinciis olim usurpabatur, quorum illi inter praecipuos erant, in quibus armati milites cum feris bestiis ad virium et audaciae ostentationem congregiebantur. Quod in Hispaniarum sane Regnis, ubi taurorum agitationes fieri consueverant, adeo receptum fuerat, ut ad illarum spectacula omnium fere ordinum homines convenirent. Quoniam vero fel. record. Pius Papa V Praedecessor noster ex ejusmodi congressibus et spectaculis, non modo corporum, sed animarum pericula frequenter oriri acceperat, de salutis gregis Dominici sollicitus, ut illis, quantum cum Domino poterat, occurreret, perpetua sua constitutione omnibus et singulis Principibus Christianis, aliisque; personis in eadem constitutione tunc expressis, sub excommunicationis et anathematis poenis, ipso facto incurrendis, prohibuerat, ne in suis provinciis, terris, oppidis ac locis, hujusmodi spectacula, ubi tauri et aliae ferae agitabantur, fieri permitterent, militibus quoque ceterisque personis aliis, ne cum iis

congrederentur, interdixerat, et si in congressu occumberent, ut Ecclesiastica sepultura carerent, sanciverat. Clericis demum, tam regularibus qua secularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis poena, ne eisdem spectaculis interessent, semiliter vetuerat. Et deinde pie memorie Gregorius Papa XIII, et praedecessor noster, carissimi in Christo filii nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholicus, qui Regnorum suorum utilitate, quae ex ea taurorum agitatione provenire solita erat, motus id sibi supplicari fecerat, precibus inclinatus, excommunicationis, anathematis, aliarumque Ecclesiasticarum fulminiarum et censurarum in ipsius Pii Praedecessoris constitutione contentas poenas eisdem Hispaniarum Regnis, quoad laicos et fratres milites tantum, quarumcumque militiarum et praeceptorias ac beneficia ipsarum militiarum pro tempore obtinent modo dicti fratres milites, sacris ordinibus initiati non essent, et agitationes taurorum festis diebus non fierent, et per eos, ad quos spectabat, provideretur, ne inde alicujus mors, quoad fieri posset sequeretur, abstulerat, et amoverat, aliaque circa amissa necessaria et opportuna statuerat et decreverat, sicuti in singulis literis dictorum Praedecessorum, quarum tenores praesentibus expressis haberi volumus, Calen. Novembris Pontificatus sui anno secundo, nec non 25 mensis Augusti, anni MDLXXV. Pontificatus item sui anno quarto, expeditis latius continetur, Ceterum, quia sicut idem Philippus Rex nobis, et per literas et per dilectum filium nobilem virum Antonium, Suessae Ducem, suum apud nos Oratorem, nuper exposuit, usu compertum fuit, poenas in eisdem Pii Praedecessoris literis expressas, graves quidem illas et timendas, nondum tamen (quod sane optandum fuerat) praefatos congressus et spectacula in eisdem Regnis Hispaniarum sustulisse, tum propter antiquum ejus gentis morem, quo milites, tum equites, tum pedites, ita con gradientes ad bellica munera acriores rededuntur; tum ob insita natura, universis ejus regionibus hominibus eorundem congressuum et spectaculorum cupiditatem, qua adeo tenentur, ut nisi vi maxima ab illis arceri possint; et cum sicut eadem expositio subiungebat, quam plurimi in eisdem Hispaniarum Regnis in censuras et poenas praefatis inciderint, in easque passim incidant, et ob id graviora, quam antea peccata, suadente humani generis hoste, ibidem perpetrentur, ita ut quae ad medelam et salutem parata fuerant, in duriores morbum conversa, ad perniciem invalescant: ideoque idem Philippus Rex nobis supplicari fecit, ut in praemissis providere ex benignitate Apostolica dignaremur, Nos considerantes, poenas omnes, excommunicationis praesertim et anathematis, salutare esse debere, quod eo consilio

adhibendae sint, ut omnes illarum timore perterriti, eas res quae prohibentur, omni no evitent: et animae duertentes, commemoratas censuras et poenas, parum in dictis Hispaniarum Regnis haecenus profecisse, atque; hoc tempore non solum animabus non mederi, sed plurimum obesse, quinimo materiam scandali plerisque: afferre, his sane malis ac periculis pro debito pastoralis officii, quantum cum Domino possumus; occurrere cupientes, auctoritate Apostolica tenore praesentium excommunicationis atque anathematis, ceterasque poenas in dictis literis contentas, quoad omnes in illis expressos, in Regnis Hispaniarum duntaxat, Monachis et fratribus mendicantibus ceterisque cujuscumque ordinis et instituti regularibus exceptis, tollimus et amovemus, easdemque Pii Praedecessoris literas ad terminos juris communis, cui per praesentes non intendimus in aliquo derogare, perpetuo reducimus ac restituimus, reductasque et restitutas esse decernimus et declaramus, non obstantibus praemissis, nec non ceteris constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque Volumus aut, ut hujusmodi taurorum agitationes in eisdem Hispaniarum Regnis festis diebus non fiant, et per eos, ad quos spectat, provideatur, ne inde alicujus mors quoad fieri poterit sequatur. Clericos vero seculares, beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris ordinibus seu in Ecclesiastica dignitate constitutos, in dictis Hispaniarum Regnis existentes, per praesentes monemus et hortamur in Domino, ne paterna hac nostra et Sedis Apostolicae benignitate abutantur, sed memores muneris et vocationis suae, eam utriusque rationem habeant, ut nihil quod a propria dignitate, et a sua ceterorumque salute alienum existimetur, ullo unquam loco admisisse arguantur. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decima tertia Januarii, millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto. Locis † annuli Piscatoris. M. Vestrius Barbianus. \*

CIRCULAR. Señores Curas &c. Penetrado del más profundo sentimiento por la noticia cierta que he tenido, de que varios eclesiásticos han concurrido á las funciones de toros, y aunque pudiera corregirlos, he querido tomar este medio prudente, reservado y decoroso, encargando como lo hago a Vdes. que luego que reciban esta mi carta, llamasen de mi órden á todos los eclesiásticos de sus respectivas parroquias de cualquier órden que sean, y les rueguen y encarguen no asistan a las próximas funciones de toros en consideracion á estarles prohibidos por los cánones y concilios, y de que yo expresamente se los prohibo para siempre y mucho más en las circunstancias del tiempo presente en

que no pueden ignorar que por mi circular están encargados todos de rogar á Dios para que nos libre de las calamidades que nos amenazan, lo que parece incompatible con la asistencia á las diversiones públicas, de que el pueblo no puede ménos que escandalizarse."—Luego que reciban Vdes. esta, la harán copiar para leerla á todos, dirigiéndola original inmediatamente á la parroquia que sigue, y desde la última de Vdes. á mi Secretaría de cámara y gobierno.—Dios guarde á Vdes. muchos años.—México, Febrero 14 de 1805.—Francisco, arzobispo de México.

**TROPA**

**HONORES AL SANTISIMO.**

**CIRCULAR. Señores Curas &c.**

Habiendo ocurrido en la ciudad de la Coruña de estos reinos el día de Corpus del año próximo pasado, el lance de haberse detenido algun tiempo la procesion (con sentimiento de sus vecinos), por el modo con que la tropa hizo los honores al Santísimo Sacramento, solicitando el cabildo eclesiástico de la Colegiata de dicha ciudad, que se siguiese la práctica hasta entónces observada, y se hallaba autorizada por real orden de primero de Mayo de 1725, á que se opuso el comandante general interino de aquel reino, fundado en los artículos 2º y 5º, tratado 3º, título 1º de las reales Ordenanzas: hecho cargo el piadoso ánimo del rey de que cuantos honores, humildes rendimientos, y actos de veneracion pueden dedicar los mortales á Dios Sacramentado son insuficientes y cortos, respecto á lo que corresponde á tan soberano objeto: para evitar disputas, interpretaciones y dudas en adelante: uniformar que el método sea igual en todas partes, y que en nada se rebaje de las demostraciones de sumision y respeto, que hasta ahora ha ideado en este punto la religiosidad de los jefes militares, y que hayan visto practicar los fieles en honor del Santísimo Sacramento, se ha dignado S. M. resolver por punto general para todos sus dominios de España y de las Indias, sin embargo de lo prevenido en los citados artículos de la ordenanza: que la tropa esté formada con banderas, y pase pública y procesionalmente entre filas ó su frente al Santísimo Sacramento de la Eucaristía, se avancen y rindan las banderas, tendiendo sus tafetanes para que situados sobre ellos los sacerdotes ó prestes que conduzcan la custodia, eche éste la bendicion á las banderas; y habiéndose comunicado á todas las clases de ejército y prelados eclesiásticos en estos dominios para su puntual ob-

servancia, lo aviso á V. E. de orden de su magestad para que tambien tenga el debido cumplimiento en los casos que ocurran en esta jurisdiccion.—Dios guarde á V. E. muchos años. El Pardo, 30 de Enero de 1778.—José de Galvez.—Sr. virey de Nueva España. Es copia de su original que queda en la Secretaría de cámara y vireinato que es á mi cargo de que certificado.—México, 23 de Mayo de 1778.—Melchor de Peramas.—Conuerda fiel y legalmente con la copia, que original obra en esta Secretaría Arzobispal de cámara y gobierno, por ahora de mi cargo á que me refiero. Y para que así conste en virtud de lo mandado para S. S. I. el arzobispo mi señor, doy el presente, que firmo en México á 31 de Mayo de 1778.—En testimonio de verdad.—Dr. D. Manuel de Flóres, secretario.

**U.**

**USURA.**

**PASTORAL. Nos el Dr. D. Pelagio Antonio de Labastida y Dávalos, por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica arzobispo de México, Asistente al Sólito Pontificio, &c. &c.**

A nuestro M. I. y V. Sr. Dean y Cabildo de esta santa iglesia Metropolitana, al de la Insigne Colegiata de Nuestra Señora de Guadalupe, al V. clero secular y regular, y á todos los fieles de nuestra Diócesis, salud en Nuestro Señor Jesucristo.

Venerables hermanos y muy amados hijos:

El sumo recargo de negocios, y la série no interrumpida de penas que acibaran nuestro corazon, no nos permiten llenar, con la frecuencia que deseáramos, el primero de nuestros deberes pastorales, cual es el de instruiros en la doctrina católica, y el de precaveros contra los errores que se propagan en nuestro siglo; no ya sobre los dogmas fundamentales de la religion, sino tambien sobre los preceptos capitales de la moral.

Entre estos errores, hay algunos que trastornan por completo el orden social, arruinan las familias, comprometen la existencia de la propiedad y ocasionan el mayor daño que puede imaginarse, la eterna perdicion de las almas.

Me refiero á las groceras doctrinas propagadas con rapidez, en los últimos años, contra el sétimo precepto del decálogo, que nos prohíbe el robar. Es tan claro este precepto, que todos lo entienden; tan absoluto, que no admite excepciones, y tan importante para el bien comun de la sociedad, así como para el particular de la familia y del individuo, que nadie de-

et episcopis aliisque locorum ordinariis in virtute sanctae obedientiae, sub obstentatione divini iudicii et in terminatione maledictionis eterne quatenus in civitatibus et diocesis propriis praesentes nostras literas sufficienter publicari faciant et praemissa etiam sub penis et censuris ecclesiasticis observari procurent. Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac exemptionibus privilegiis indultis facultatibus et literis apostolicis quibusvis personis cujuscumque qualitatis et conditionis existentibus sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis nec non irritantibus et aliis decretis ingenere vel inspecie etiam Motu proprio ac alia quomodolibet concessis approbatis et innovatis quibus illorum tenores presentibus pro expressis habentes specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque volumus autem quod et praesentes literae incancellaria nostra apostolica, et acie campistorae demore publicentur et inter constitutiones perpetuo valituras describantur et earum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici sub scriptis et sigillo alicujus praelati munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur quae eisdem praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceet hanc paginam nostrae prohibitionis interdicti cassationis annulationis decreti declarationis mandati hortationis derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, et indignationem omnipotentis Dei, ac beato auctori Petri et Pauli apostolorum ejusque noverint incursum. Dat. Romae apud sanctum petrum anno incarnationis Domini. cae 1567. Kalend. Novemb. pontificatus nostri anno secundo.

2<sup>a</sup> *Gregorius PP. XIII Ad futuram rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecit Charissimus in Christo Filius noster Philippus, Hispaniarum Rex Catholicus, quod licet fel. rec. Pius Papa V, Praedecessor noster, periculis Fidelium occurrere volens, per suam Constitutionem omnibus Principibus Christianis caeterisque personis in ea expressis sub Excommunicationis et anathematis et alijs censuris ac poenis prohibuit, ne in eorum locis spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum et bestiarum agitationes exercentur, fieri permitterent, aut illis quomodolibet interessent, prout in eadem Constitutione latius continetur; nihilominus idem Philippus Rex, Regnorum suorum Hispaniarum utilitate motus, quae ex agitatione taurorum hujusmodi provenire solita erat, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos ipsius Philippi Regis, Nobis in hac parte humiliter por-

recte supplicationibus inclinati, Excommunicationis, anathematis et interdicti aliarumque Ecclesiasticarum sententiarum et censurarum in ipsius Pii Praedecessoris Constitutione contentas poenas, in eisdem Hispaniarum Regnis quoad laicos, ac Fratres Milites tantum quarumcumque Militiarum, etiam Praeceptorias, et Beneficia ipsarum Militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti Fratres Milites Sacris Ordinibus initiati non fuerint, et agitationes taurorum festis diebus non fiant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, tollimus et amovimus; praemissisque et alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Proviso tamen per eos, ad quos spectabit, ut exinde alicujus mors, quoad fieri poterit, sequi non possit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 25 Augusti 1575, Pontificatus nostri anno IV.

(Bular. Rom. de Cocquelines, tom. 8, pag. 308.)

3<sup>a</sup> *Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exponi Nobis fecit Charissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus quod cum Nos alias Excommunicationis, anathematis et interdicti aliarumque Ecclesiasticarum sententiarum et censurarum poenas in Constitutione fel. rec. Pii Papae V, Praedecessoris nostri, adversus eos, qui in eorum locis spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum et bestiarum agitationes exercentur, fieri permitterent, aut illis quomodolibet interessent, contentas in ejusdem Regis Hispaniarum Regnis ad se spectantibus ex certis causis nostrum animum moventibus, certis modo et forma sustulerimus et amoverimus, prout in nostris desuper confectis Litteris in forma Brevis, sub datum 25 Augusti 1575, Pontificatus nostri anno quarto, plenius continetur: Ipseque Philippus Rex in Portugaliae et Algarbiorum Regnis hujusmodi postmodum successerit, et propterea desideret Litteras nostras praedictas ad eadem Portugaliae et Algarbiorum Regna, in quibus eadem causae militant, per Nos extendi et ampliari, Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsius Philippi Regis supplicationibus in hac parte inclinati, Litteras nostras praedictas, in quibus Excommunicationis, anathematis et interdicti aliarumque Ecclesiasticarum sententiarum et censurarum in ipsius Pii V. Praedecessoris Constitutione contentas poenas in eisdem Hispaniarum Regnis, quoad laicos et Fratres Milites tantum quarumcumque Militiarum, etiam Praeceptorias et Beneficia ipsarum Militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti Fratres Milites Sacris Ordinibus initiati non essent, et agitationes taurorum festis diebus